

QV. 243.

40

Z6  
3118

X 204. 5732

*Γαυοχαίματα Cervi-Campana*  
*Viro Reverendo & Doctissimo*

+ **DN. MARTINO GERBERO**

Ecclesiae Christi, quam colligit sibi  
in Hirschfeld/Pastori dignissimo,  
SPONSO,

*Virginique lectissimae*

**MARIAE,**

*Viri Honesti, Artificiosique*

**Dn. GEORGII Vogelgesangs Civis & Sta-  
tuarii Dresdensis industrii filiae,  
SPONSÆ,**

*ad d. 28. Junii A. C. 1642.*

**Nuptialem Festivitatem Bono cum DEO  
HIRSCHFELDIAE celebrantibus,**

*Carmine votivò decantata*

ab

**Affinibus, Fautoribus & Amicis.**

---

**FRIBERGÆ, Typis GEORGII BEUTHERI exscripta.**





DR. MARTINO GERRERO

MARIE

DR. GEORGI

Amidus, Lucius

FRIBERG, JON GEORGI








*Orpore visissem Floralia festa Iuventa  
GERBERE, Eusebies pulchra Corona,  
tua.*

*Atq; ita vidissem, Tibi quam Rex aetheris arctò  
Adsociet Venerem fœdere Coniugii.  
Sed vetat, officii qui non vult ferre labores,  
Et me tangentes sustinuisse vices.  
Mente igitur facio, nequeo quod corpore, Et isthoc  
Votò devotò TE QVE TUAM QVE beo:  
Da DEUS, ad reliquam fortunam, multa volucris  
His novitèr nuptis cantica grata canat.*

*M. Gabriel Schleiffentagius  
Fribergæ ad S. Petri Sym-  
mysta.*



*I.*

**A** Cervis qui nomen habent, dùm PASTOR in agris  
audis & fido pectore sacra doces:  
Dùm grave vulnus alens recto sub corde medelam  
quæris, & hinc Nympham jungis amore Tibi:  
Nympham, flammivomo cuius duo lumina Phœbo,  
labra rosis, certant albaq; colla nive:  
Cedat utrumq; Tibi perquam bene, SPONSE, ter opto:  
indas multa solo pignora, multa polo.

*II.*

*Haud sua Lethæos trahitur post fata per amnes  
Perfidus GENITOR, candor amorq; meus,*

*A 2*

*la*



In TE, SPONSE, suo Gnato jam vivit: Eundem  
Ingenio, Sparta, Nomine, Corde, refers.  
Est, patre jam functo, quasi non is mortuus esset,  
Quum similem post se linquit in orbe sibi.

M. Isr. Maukisch.

---

QVum mihi nulla vacent conscribere tempora versus,  
Nec versus semper placuisse labore queamus,  
Votò devotò cœlestia pulso theatrâ,  
Fœdere pro faustò, quod, Sponse adamate, puellâ  
Cum castâ neclis: Neclis ita faustiter oro,  
Annò ut percipias, ceu signant nomina Sponse,  
Involucrum volucrum suavissima cantica, noster  
Pusio ceu cantat, quum non sat sanus habetur.

Tempore exclusus scripsit

M. Bartholomæus Glaser / Fribergæ  
ad S. Petri Diaconus.

---

I.  
GAudeo, Pastoris quòd mania, dulcis amice,  
In statione sacrâ ritè vocatus obis.  
GAudeo, legitimi quòd aves, duce & auspice CHRISTO,  
Virgine cum sponsâ fœdus inire tori.  
Munus utrumq; Dei est, cujus dat dextra fideles  
Pastores populo, promptaq; corda, suo.  
Provenit hinc etiam conjux optata, Mariti  
Quæ curis plenum cor recreare solet.  
Laudibus ergò vehas donantis nomen JÖVÆ  
Assiduis, dare qui munera tanta valet.  
Munera tanta dedit Tibi, nec dare plura recusat.  
Ergò insta precibus; queis ego jungo meas.

Et



Et rogo, quo faustè concredita functio cedat,  
 Ut Jovæ imprimis amplificetur honos!  
 Sit Tibi, sitq; gregi, quem pascis, adusq; salubris,  
 Solamen Matri subsidiumq; piæ!  
 Ut quoq; quæ voveo, Neonymphis sint rata vobis,  
 Autor Conjugii faxit id, alma Trias!  
 Ditet vos ambos benedictio dia per annos  
 Nestoreos: Et amor pectora vestra liget!  
 Non vos turbet Eris; sit sanum corpus utriq;  
 Vestrum; nec charâ sit sine prole torus!  
 Deniq; quos curis distractus paupere venâ  
 Scripsi versiculos consule, quæso, boni.  
 Et fac amicitia maneat memor usq; parentum  
 Mecum contractæ, sponse colende; vale!

II.

Σφῶν εἰς Θεὸς ὁλογίῳ χαρίσσιτ' ἐλεήμων,  
 Ὅφρα σφῶν πρᾶτῃ κλήσιθ' ἔργα καλῶς.  
 Ἐν θυμῶν σφῶν εἰρῶν ἡσίοι Θεὸς ἀμφοῖν,  
 Δώσι υἰγείαν σφῶν καὶ δένθ' ἡυχρόδ.  
 Δὸς Θεὸς ἀμφοτέροιν τ' ἔθιν πολυήρατα τέκνα  
 Εἰδέμεν, ἠδὲ μακρῶ ἡματα πολλὰ γέρωσ!

III.

Ἐπεόσιχον.

NosC ItVr è CantVs sono aV Is: præ MILLibVs Vna,  
 Sponse, tIbl CantV Cor reCreabat aVIs.  
 Ein leDes VdgLein seine Art  
 Gar oft In Singen offenbahrt/  
 Nvr elns Herrn BräVtgens Hert; geVVan  
 Vor anDern taVsenDn/ Lobesan.

M. Johannes Nicolai, Pastor  
 Seiffersbacensis.

A 3

Óno



Ὀνοματοχαρμηνευσμὸς γαμήλιος  
Ὀκτικός.

Πάγκαλον, ἢ πικρὸν, θεάρετον καὶ τε γλύκιον  
ἔργον, ἀκοιτὴν ἀγνὴν ΧΡΙΣΤΟΣ ἔταξε ΓΑΜΟΝ.  
Εὐγαμῶ, ἀδρομέης βιοτῆς Ἀκαδημία περπνή,  
Ἰὴ γάμῶ, βίωτῶ μὴ βίῶ ἀλλὰ πύθῶ.  
Μὴ βίῶ, ἀλλὰ πόνῶ πηλύπονῶ, ἤζυγον εἶναι,  
Νεκτάρεῶ βίωτῶ σύζυγός Ἰὴ βίῶ.  
Εὐχομαι ἐν γλυκερῶ ὀδυνῶν ἔκτοθεν ἀπασῶν,  
Συζυγίῳ, γλυκερῶ εὐχομαι Ὀτεκνίῳ.  
Λίσιν ὁμοφροσύνῳ σφὶν ἤσυχίῳτε γλυκίσῳ,  
ἐκ κρεαδῆς γλυκερῶ εὐχομαι Ὀτυχίῳ!

Αὐτοχεδιασμάτιον γαμοχαρῆς  
Ejusdem.

GERBERUM & Mystam DEUS & vult esse Maritum,  
Utraq; felici foedere Sponsa datur.

FORTITER ad Corium! Corium thalamiq; Choriq;  
Sis verè quod te jam jubet esse DEUS.

Tempore sic justo, quæ fert benedictio dia,

\* Cerdo Lucra\*feres Corii pignora cara tui.

ἀπὸ τῆς Involucres volucres (Queckfer) volucres pia carmina laudum

κέρδειν i.e. Cantantes, DOMINO cantica grata DEO.

lucrari. Ὁ DEUS ipse juves, fortunes ipse labores,

Ut fructus gemina fertilitate cadant?

Sapè in nominibus sunt omina; Iho va faveto,

Fiat ut agnomen, nomen & omen, AMEN!

Συγχαρμοσύνης κἀνυποκρίτῃς Φιλίας  
χάριν ἐχεδίασε

M. Gabr. Rehefeldt/Pastor  
in Neukirchen.

No-



**N**omina Tibi, Neonimfe, quatuor dantur  
Insignia, siquidem vocaris electus.

Pastor animarum, dein\* triarius miles,  
audisq; \* Coriarius, & \* artifex auceps.

Hec nomina tua maximi valoris sunt,  
Ac, quæ tibi facienda, planius monstrant.

Heus, quid tuarum partium fiet, paucis!

Tu Pastor animas bene Deiloquo pascas  
dogmate, salutis unicum quod est pabulum.

Tanquam triarius domestici miles  
belli, capeffas arma, lanceâ quere

hostem, Marianumq; cinge castellum,  
mox fiat impressio, sequentur hanc multa

spolia, thesauris cariora Pyrrhæis.

Coriarii partes agas simul, Sponsa.

Corium Tibi dabit offeretq; sepicle

subigendum, at hauri fuste, sed amore ferventi:

Ut artifex auceps age volucrum pulchram

modulationibus suavibus fallas,

Virgâve viscosâ, Tibi canet dulce

melos, tuumq; cor movebit & mentem.

Ergo tua facias. nos Tibi bono corde

quævis precamur prospera, bone Martine.

M. Carol Lincke / Ecclesiæ

Bibersteinensis Pastor,

Poët. Laur. Cæs.

**C**onjugii Festum, res salva est, Sponse verende,

Quod castâ Costâ concelebras hodiè.

Scilicet hoc autore Deo sacra pagina sanxit;

Naturæq; simul comprobatur istud opus.

Act



ZL 3118 QK

At contra thalamum damnati dogma papatus,

Atq; tori socii foedus inire vetat.

Tu decreta spuis, Romani praesulis, atra,

Arripis aut potius suavia verba DEI.

Consultum non est, tadas despere castas,

Sed res jucunda se sociare toro.

Hinc hodie vitae pertasus coelibis audes

Subdere conjugio libera colla pio.

Hic claudo versus voto de pectore fuso,

Ut vestum thalamum sorte J E H O V A beet.

Vivite felices & carpite Nestoris annos,

Atq; simul vestrum prole replete torum.

Allusio ad *Sponsae co-* Nec tibi Sponsa modum durum moduletur in aede;

*gnomen.* Sed mollem cantet gutture suavifono.

Johannes Prtesnitzer / Pastor  
in Siebenbrunn.

**C**onjugium laudem? sponsum celebremq; verendum?

An decorem sponsam? nominis omen adest.

Conjugium laudet divinus Fautor & Autor,

Et sponsum celebret, cum pietate, Fides.

Quis vero sponsam, qua nomine signat Amaram,

Hanc decoret castus, cum probitate, Pudor.

Christe torum Nuptis da terq; quaterq; feracem.

Hoc omen thalamo comprecet ipse pio.

Sic congratulatur Dn. Sponso

Johannes Fischer / Pastor  
in Borá Mandalicá.

**N**il melius multis, quam cantilena yolucrum,  
Proin etiam Sponso sponsa placere potest

No-

Flan

M.O.



QR 243.

40

*Γαμοχάματα Cervi*  
*Viro Reverendo Et*

+ DN. MARTINO

*Ecclesiae Christi, qua*  
*in Hirschfeld/ Pastor*  
SPONSO

*Virginique led*

MARI

*Viri Honesti, Arti*

Dn. GEORGII Vogelg  
*tuarii Dresdensis in*  
SPONS

*ad d. 28. Junii A*

Nuptialem Festivitate  
HIRSCHFELDIAE C

*Carmine votivo a*  
ab

Affinibus, Fautorib

FRIBERGAE, Typis GEORGII



5732

